73   54.

Stanislaus Augustus, Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq.

1773

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis, Consensisse Nos et permisisse, consentireq et permittere Magnificis Josepho Opolinski Palatino Volhyniæ, et Theresiæ de Stadnickie Conjugibus, ut possint et valeant, de omni et integro Jure suo advitalitio quod Ipsis super Villam Czernielowce dictam, in Palatu Podoliæ et Dctu Laticzoviensi sitt, servit et competit, cedere, illudq in Personam Generosi Josephi Opolinski Capitanei Sandomiriensis, plenarie transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio, Jurisq transfusio, postea quam Coram actis quibuscis Authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti eam quæ prævio hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis, Jurisque transfusionis, in virtute præsentis Consensus Nostri factæ, dictam Villam, cum Omnibus ædificijs, Ædificijs, Agris, Pratis Campis Sylvis, Borris, Gajis Nemoribus, Stagnis, Piscinis, lacubus fluvijs, fluminibus, Molendinis, Tabernis, Subditis, cunctis deniq attinentijs et pertinentijs, nullis penitus exceptis sed ita late longe et circumferentialiter, prout ab antiquis et Immediatis Possessoribus tenebatur, præfatus Generosus Josephus Opolinski tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srmis Successoribus Nostris, non esse Nos, Srmosq Successores Nostros, ab usu et pacifica possessione dictæ Villæ, præfatum Generosum Josephum Opolinski amoturos, neq amovendi aut alienandi, potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus advitalitium Ipsi conservaturos. Quod et Srmi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis, solitam Quartam Proventuum Partem, quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur, Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XIII Mensis Aprilis, Anno Domini MDCCLXXIII Regni verò Nostri X Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Consensus ad cedendum de Villa Czernielowce, in Palatinatu Podoliæ, et Districtu Laticzoviensi sitt, Magnificis Josepho Opolinski Palatino Volhyniæ, et Theresiæ de Stadnickie Conjugibus in Personam Generosi Josephi Opolinski Capitanei Sandomiriensis datur.

Antonius Sikorski S. R. Mtis et Sigilli Majoris Regni Secretarius

na Czernikowo.

In Curia Regia Varsaviensi Sab
batho postridie Festi Sanctæ Agne
this Virginis et Martyris vide
licet Die Vigesima Secunda
Mensis Januarij Anno Dom
ni 1774.
Præsentium Literarum Consensus
intercessit Oblata Quod Testor.

Alesius Puchala Susceptans

Cancellariatu
Illmi Excellmi et Rndmi Domini
Andreæ Stanislai Kostkæ
Młodziejowski
Episcopi Posnaniensis et Varsavien
Abbatis Commendatarij Hebdoviensis
Supremi Regni Cancellarij
Sigillatum
est in Actis

III 124